

L I N G V Æ  
V I T I A  
E T  
R E M E D I A .







## X X X I I .

*Tantas res tantula cogit in iras.*

Carnea quem tanto moles petit impete ? murem.

Cur ita ? pygmæo pexuit vngue feram.

O pudor ! & tantas res tantula cogit in iras ?

Sic agitur : mordax hoc quoque Lingua docet.

## XII.

*Domo prohibe.*

Vnica si trinsat, toto ruit agmine Progne,  
Et vexat streperâ stridula voce domum.  
Nec mora, disturbas: & iure. Sed hoc quoque iustum, est:  
Garrula stat circùm Lingua? domo prohibe.



## XIII.

*Plumea sunt quæuis, quæ garrula.*

Plumea sunt quæuis; quæ garrula : cætera vocis  
Parca, graui, aut raro murmure bruta sonant.  
Multiloquæ tumidos pulmones inspicite Linguæ;  
Et dices, plumam his lancibus esse grauem.

*Fides;*